



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Summula Casuum Conscientiæ**

In Qva Agitvr De Præceptis Ecclesiæ, De Officio Confessarii, Ac De  
Censvris

**Petrus <a Sancto Josepho>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1652**

Articulus VI. De integritate confessionis, quoad peccatorum circunstantias.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41572**

dubitans an esset mortale; non teneri denuò illud confiteri, et si postea cognoscas esse vere mortale. Quia tamen confitetur dubius, an commiserit aliquod peccatum, quod est mortale, tenetur iterum eiusmodi peccatum confiteri, si certo postea constet se illud commisisse.

## ARTICVLVS VI.

*De integritate confessionis, quoad peccatorum circumstantias.*

DUBITARI non potest, quin declarandæ sunt in confessione circumstantia illæ, quæ ita peccati speciem mutant, ut ex veniali faciant mortale; sicut contingit dum quis leue furtum committit, ut sic necatur vel occidat.

Ceterum etiam est declarandas esse circumstantias, quæ acti secundum se malo nouam speciem malitiae addunt ita ut idem actus prout hic & nunc elicitus duas malitias mortales specie distinctas contineat, ut dum quis furatur rem sacram, aut cum persona Deo dicatur peccat.

At quamvis non a deo certum sit, decalarandas esse circumstantias notabiliter aggravantes intra eandem speciem, sententia tamen quæ affirmat, eas quoque necessario confitendas esse, nobis tempore vita est longè probabilius, hac in praxi consulenda. & ieiunanda, et si nonnulli eam ut nimis scrupulosam reliquant.

Certe non ex scrupulo, sed rationabili in fallor timore inductus, valde durum existimo, quod tam ille qui mille aureos furatus est, quam qui duos dumtaxat, teneatur tantum dicere se furtum mortale commisisse. Hinc enim confessarius aliud nihil conceire potest, quam utrumque æqualiter peccasse, utrumque æqualiter obligari ad restitutionem, & æqualem virique poenitentiam, proculpa in Deum commissa, imponendam esse. Quod tamen cum

æquitate in iudicio isto requisita, non satis coha-

Accedit quod si nemo tenetur, circumstantiam ag-  
grauum item intra eandem speciem, declarare in con-  
fessione, sequitur 1. perinde esse, quatum ad valorem  
confessionis, siue infames aliquem factum crimen  
imponendo, siue verum crimen occultum propagan-  
do, sufficit enim si dicas, te illum in amasse. 2. pen-  
de esse siue ieunium soluas et ignes comedendo, si-  
ue cibis non prohibitis vredendo; quia satisfacies si di-  
cas, te ieunium soluisse. 3. perinde esse siue si fau-  
laris simplici voto castitatis obstrictus, siue Sacre-  
dos siue Religiosus, siue Episcopus, si contra castitu-  
tem pecces. Quia satis est si de lares te contravotum  
castitatis peccasse. Vnde quæ pœnitentia tibi impo-  
nenda est, si sis secularis, eadem & non acerbior tibi  
iniungetur, et si sis Sacerdos, aut Religiosus. Ista au-  
tem & similia à nobis, ut ingenuè fatear, admitti nos  
possunt; adeoque existimo sententiam quæ negat  
circumstantias notabiliter agrauantes in confessio-  
ne declarandas, esse parum probabilem, parumque  
fini institutionis huius Sacramenti consentaneam  
videri. Quod tamen dictum fit, saluo meliori iudi-  
cio.

Quod spectat ad circumstantias minuentes, aliqua-  
hie sunt certa, & unum de quo controvexitur. Cer-  
tum est 1. eas circumstantias quæ peccati gravitatem  
adeo minuant, vt ex mortali faciant veniale, confi-  
endas esse, vt dum quis ex induerteria venialiter  
culpabili hominem occidit. 2. eas quæ parum intra  
eandem speciem minuant, non esse necessario con-  
fiendas, sed posse subiceri; vt si ab amico rogatus,  
peccatum mortale commisisti. 3. non teneri pœni-  
tentem eiusmodi circumstantias recicere, sed posse  
iolas declarare, si vel r.

Maior est diffiultas de circumstantiis, valde nota-  
biliter peccatum mortale minuentibus, intra eandem  
speciem. Nonnulli putant huiusmodi circumstan-  
tias prætermittenda esse. Verum si certas quæ ad  
confel-

confessionem necessaria est, videtur exigere ut illæ in confessione declarentur; eo quod iudicium Sacerdotis de peccato non parum variant. Et sic v. c. qui post longam constantiam in atrocissimis tormentis, tandem virtus adigitur ut incensum idolis offerat, debet declarare circumstantiam illam tormentorum, qua summopere illius peccatum minuitur, esto adhuc sit mortale. Et fœmina quæ ut rem publicam, aut maritum, aut proprium filium seruaret in columem, tyronne sui copiam fecit, tale motuum exponere debet. Idem dicendum de similibus peccatis, de quibus longe aliud iudicium ferendum est, quam si sola amici suacione, vel ex voluptatis motu patrata essent. Fatoe tamén tales circumstantias raro occurserent.

## ARTICVLVS VII.

*De circumstantiis peccatorum sigillatim.*

**V**T quæ hactenus de circumstantiis dicta sunt facilius ad praxim in confessione reduci possint, recolendum est ex Philosophia Morali septem esse accusumani circumstantias, hoc vulgari versiculo comprehensas.

*Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.*

Etcirca primam particulam (*quis*) notandum circumstantiam personæ peccantis in varijs casibus contendam esse. 1. Si habens votum castitatis fornicatur, dœbet hanc voti circumstantiam declarare, quia actu intemperantiae addit speciem sacrilegij. 2. coniugatus committens fornicationem, tenetur exprimere circumstantiam coniugij, quia ob illam actu superadditur malitia adulterij. 3. Si coniugatus peccat cum coniugata, utramque circumstantiam confiteri deberet, eo quod iam fit duplex adulterium, et si unusactus sit. 4. Sacerdos peccans contra castitatem, tenetur declarare ordinem lacrum, nec sufficit